

L. AND. RESEN,  
 D I I  
 Genethliacon Principis  
 Lusitani, ut in Gallia Belgi-  
 ca celebratum est, a viro  
 clariss. D. Petro Masca-  
 regna, regio legato,  
 Mense Decembri  
 M.D. XXXII.

Eiusdem Resendii epicedion  
 et Ode, in raptum Dacorū  
 principem, puerum  
 miserimum.





Michaeli Siluio pontifici  
L. Resendius.



Ilui, Castalii chori sacerdos,  
Qui nostros lepida loquutione  
Fecisti Durium, Tagumq; Anamq;  
Graio non celeberris minus Melete,  
Et certe Tyberipareis Latino,  
Iam tuū quū numeris modo hoc, modo illoc,

Per gentes Italas uagarus olim  
Rapram de Aufoniis Iber tulisti  
Palmam uatib. inuidente Roma.  
Silui, ad te rudis, inuenisti, inepti,  
Id mitto Schedii, inter et minaces  
Compacrum lituos, et inter arma,  
Castrenseisq; sine otio tumultus.  
Ad te, qui reliquis licet poeris  
Anrifestes uaria eruditione,  
Tamen non ideo excipis cachinno  
Suffenos, Bauiosq; Mæuiosq;  
Quod si tu, omnibus ut soles, fauebis,  
Nec grauabere maximo, oprimoque,  
Hunc qualem tibi cunq; do libellum,  
Lector candidus adprobare regi,  
Nosq; addas aliquid dein futuros  
Fortunam simul ut grauem leuarit.  
Non æquam ingenus, gregiq; Phœbi,  
Tum te candidius nihil purabo,  
Eruditius ut nihil purauit.



DIVI Emanuelis pii, felicitis, inuicti filio,  
DIVO Ioanni pio, felicitis, inuicti, Lusita  
norum regi fortissimo, Africo, Atlanti  
co, Aethiopico, Arabico, Persico,  
Indico, Taprobanico,  
Triumphatori max.

L. Resendius

S. D.



Hic poematis, quod auribus de  
licationib. comprobari debet,  
ea uirtus prima esse putatur, re  
gum optime, ut, sumpta sequa  
ci, et apta numeris materia, ar  
gumento id usq; cohæreat, ex  
cellat elegantiâ, et raptibus adfectib. sese in  
animum lectoris insinuet. His multum celeritas  
addet gratiæ, et extemporalis quædam festiui  
tas, quæ tum demum secunda laus est, quum prio  
ra illa desiderantur. Ego uero in hoc meo carmi  
ne tibi dicato, quo feliciss. filii tui, publicis om  
nium uotis desideratum, et a diis tãdem immor  
talib. impetratum, natalem sum prosequutus, ne  
scio utra mihi cesserint infelicitus. Nam mate  
ria in demonstratiuo genere, haud quaquam

A ii



erat infima, uerum ea ipsa catalogo fere similis,  
historiæ, quam poemati aptior uidebatur, quan-  
doquidem toto agitur opere, ut natalē hunc diē  
uir magnanimus, Petrus Mascaregna, Legatus  
ad Cæsarem tuus celebrarit, ipsi Augusto conso-  
brino tuo fortunatissimo, et cunctis Augustalib.  
largitus epulū, tum plebi munera rhéatralia. In  
quib. pro dignitate exprimendis, quum res plæ-  
rumq; nouæ, ueterib. illis incognitæ, nec antea la-  
tinis hominib. sermone, nedum uersibus artenta-  
ræ, obcurrerent, necessario durior, impeditior, lo-  
quentiæq; materia capacior, quā eloquentiæ red-  
debat. Rarus heic adfectibus locus, rara flexa-  
nimę peruationis incidebat obcasio. De argumē-  
ti uero æqualitate, deq; elegantiâ dictionis, nihil  
attinet dicere. Esto penes illos iudicādi arbitriū,  
qui in ea qua nos materia, aut certe pari, ingenii  
uireis prius fuerint periclitari. Iam celeritate, pla-  
cere non poruimus, quum a Saturnalib. ipsis, qui-  
bus natalis hic in Belgica celebratus est, interrū-  
pendum prorinus orium literariū, et agenda mo-  
toria fabula, uel inuito, fuerit, Turcaica urgente  
expeditione, quo me a secessu musarum legatus  
rapuit. Mitis est dea Calliope, mite numen Apol-  
lo, secreta colunt Pierides, montes, umbrosas sil-  
uas, fluminumq; recessus amant, magis quam ur-  
bem



hem, quam clamorosa frequentiam, quam castro-  
rum tumultus. Sed ego, dum mali poematis per-  
fugium ad causas adplicitas magis quam ueras  
mihi quæro, uereor ne me sacratiss. tua maiestas  
inania caussantē, merito iam dudum rideat. Sic  
ita sane, modo me ista qualiquali gloriola nemo  
priuet, quod libens tibi placere studueram. Hoc  
equidē summe uolui, et, si nō quātū debui, certe  
præstiti quātū potui. Atq; ut græculus ille dixit,  
ὃ κατὰ τῶν τυχίνσου ὠ σέβασε ἀλλὰ κατὰ τῶν δυνάμιν μου.  
Vale. Bononiæ, Calendis Ianuariis,

M. D. XXXIII.



SIDERE eos aditura oculos, in-  
starq; deorum,  
Maiestatem illam, rex augustis-  
sime, uultus  
Nostra Thaleia tui, tacita inter  
gaudia tanti  
Exhorrescebat decoris, similisq; uerenti  
Læritiam tenuit, dum quæ tibi carmina, pridem  
Debita, persoluat, se percontatur, auebar  
His maiora quidem, req; et tua, cella sub astra  
Tollere, sed faciet, modo non prærepra supersit  
Vita. Genethliacōn gnati, quem nuper in auras  
Edidit auspibus diuis tua maxima coniux,



Fontes Nili  
inuenta.

Nunc canimus, gnati, qui quum te cælite crescer  
Diuorum numerus, rerum moderetur habenas,  
Quem ueteris Lusi regna hæc armisq;, uirisq;,  
Atq; superba opibus, magnum mirètur, amètq;,  
Qui Libas, et quotquot nimis feruorib;. ustra  
Regna tenent, premat imperio, cūctosq; recessus  
Aethiopum, soli qui hominum tot secula Nili  
Arcanum nouere caput, legionibus, amne  
Indignante, tuis deprensus nuper. & omnis  
Cui submittat Arabs diti sua regna tributo,  
Quiq; tenent qua se tellus Gangetica solis  
Ad maturini rubicundos explicat igneis.  
Huc ades ergo meis rupes Heliconia testis  
Cantibus, et quicumq; sacro libatis honore  
Aonios latices, linguis, animisq; fauete.  
Tuq; adeo, quuius semet superare Camena  
Nisa mea ingenteis animo iam concipit ortus,  
Nascere magne puer. tibi Iupiter omine sacro  
Intonuit læuum, superis caput exere carum  
Cura deūq; hominūq;, fauet tibi maximus æther,  
Astraq;, quot liquido fomēta ex æthere sumūt.  
Et coniuratae quærunt longissima Parca  
Quæ tibi pensa neant dubiæ, tum casta secundat  
Natalem Lucina tuum, superiq; uolentes,  
Teq; ad sūma uocāt. Quid nō spabimus, omneis  
Natali prodire tuo si cernimus? aut quæ  
Auspicio



Auspicio maiore, tuæ lux, maxime regum,  
Exortum subolis cupienti ostenderet orbi,  
In cōmune bonis quã diis celeberrima cunctis?  
Vndecimi mensis faustæ saluete calendæ,  
Nam neq; candidior, neq; iam formosior, alma  
Cypri, tuus mensis, tuus aut Atlanti recurret,  
Quantum uis uariis redimitur florib. arbor  
Túc, reparatq; comas, & amictu purpurat omne  
Multicolore nemus, quantum uis sidere tristi  
Hic rigeat, glacieq; piger tunc canear annus.  
Canuit ille quidem solito inclementius, atq;  
Belgica sub densis niuibus recta alta premebat,  
Mittimus unde tibi hæc, nostro pcul orbe remoti,  
Arctoã unde Helicen propius, ppiusq; uidemus  
Vertice Parrhasio septem radiare triones,  
Non tamen adstrictæ Boreali fidere luces,  
Nec poruit glacies pia gaudia nostra morari.  
Omnia uicit amor. nam quid frenaret amorem?  
Vidimus externa fieri spectacula in urbe,  
Quæ si Romanæ uidissent secula gentis,  
Artibus his quũ maior honos, fortunaq; maior,  
Plurimus æternos cecinisset carmina uates  
Duratura dies, nobis nec tanta facultas,  
Par neq; uis animi. uireis tu suffice, quuius  
Sentio sub penitis cæstrum incaluisse medullis  
Delie, Cyrrhæo qui quũ prorumpis ab anro,



Bruxellæ  
urbs.

Cellius a terris uatum suspendis acumen  
BELgica rurritis gelidam qua uergit in Arcton  
Mœnibus, undosâs propter male culta paludes  
Terra diu, apricas, hiberno sole, tenente  
Cæsare Bruxellas, nostras peruenit ad aureis  
Nuncia lætitiæ fama, hic quam protinus heros  
Magnanimus, missuq; tuo legatus, ad ipsum  
Deculit Augustum. totam rapit ille per aulam  
Et consanguinei prolem geminatq; uocatq;  
Inde ubi defluxit, tacito suspenâ timore  
Gaudia prorûpunt. proceres trepidare per urbē  
Cernere erat mediam, et legari currere ad ædeis.  
Non secus ingentem quam si tenuisset aquarum  
Molem densus obex, ad gesto cespite, frustra  
Eluctata diu, tandem si carcere rupto  
Proruat, undarum sinuamina uasta per agros  
Conglobat, et sæuo spumâs cū murmure ferrur.  
Hoc initum, hæc ortus iucunda procœmia sacri.  
Quæ quoniam nondum magno legatus amori  
Esse satis, fideiq; suæ rebarur, adauxit  
Et naralicias mensas, et munus, et omne  
Quod subito factum, potuit mirabile credi,  
Quodq; oculis rerû dominus cõuiuâ probaret  
Digna suis. Decreta dies iam uenerat, atq;  
Flâmiger obciduas Pyrois hinnibar ad undas,  
Multa deo similis, habituq; insignis et auro,  
Aedib.



Aedib. egreditur patrum comitante corona  
Legatus, festoque adit pallatia gressu  
Cæsaris inuicti. tandem progressus et ille  
Legatum excipit læua, germanaque dextrum  
Pannoniæ regina latus claudebat. ite ante  
Inuidiam puero Veneris facturum, amœno  
Ore puer, qui, si non cæco fata reguntur  
Numine, ius Dacis patri subcessor, et heres,  
Edicat. sequitur longo pone ordine pompa  
Principibus. decorata uiris. ob Cæsaris ora  
Lusitana coors patrias edocta choreias  
Itaque, redirque. illi pulchris se flexibus. inter  
Districtos enseis circum, supraque ferebant,  
Conlecti in nodum nunc, et nunc præpete cursu  
Expliciri. ast alii biforem quo tibia cantum  
Sibilar, ad numerum toto se corpore morant.  
Proludunt illi fistris, hos tympana pulsu  
Lætifico exacuunt. nõ sic Phrygia agmina lætis  
Moribus. æra cient, dum per iuga sacra Cybellæ  
Piniferæ celebrant Idæ, matremque deorum  
Agmine festiuo circum Corybantes aguntur.  
At uia præcelsum noctem superabat opacam  
Fastigata pyras, spatiis distantibus æque,  
Quas liquor imbuerat mediis que seruat in undis  
Inuictas flammæ, naphthæque adcesserat usus,  
Et picis, et quidquid rapidus depascitur ignis.

Princeps  
Dacorum,

Chorea Lu  
sitana,

Nocturna  
lumina

B



**Fulgura fa** Nautica tum sollers imitata industria flammæ  
**critia.** Quæ per inane uagæ motis agitantur ab auris,  
 Turrib. e celsis iaculatur fulgura densa.  
 Illa uolant primo impulsu, cæloque feruntur  
 Murmure discordi, uibrantq; per aera tractus,  
 Donec, materia iam deficiente, reducta  
 In terras, medio uanescit in æthere flamma,  
 Iamq; propinquabant domui, spatiumq; tenebāt  
 Ante ædeis, inter geminos quod panditur arcus  
 Mole triumphali erectos, quum protinus ingēs  
 Lusitanarum strepitus, clangorque tubarum  
**Tormēto-** Dat signū. horrifico tormēta fragore sequūtur.  
**rum strepi** Aenea, tercentum numero, quæ sulfure plena  
**rus.** Nitrato, et salicum tunsis carbonibus, atrum  
**Puluis Tor** Inuoluere chaos, lambentib. aera flammis,  
**mētarius.** Fumicas inter nebulas. conquassa domorum  
 Septa tremūt sonitu horribili, tellusq; remugit,  
 Et tremefacta graui subsultant corda pauore.  
 At stragem late sæuam tremor edidit ille  
 Parietib. lateq; ruit specularia. non sic  
 In sonat horrendum craterib. Aetna solutis,  
 Quū Iouis imperiis pœnā indignāre Typhoeo  
 Amnis ab Inarime reter conuoluitur ima,  
 Flammarumq; globi nebulis densentur opacis.  
**INT** Erea Cæsar recto subcessit, et ostro  
 Suscæptus Tyrio, Serumq; labore, fenestris  
 Eminuit



Eminuit summis, comitum stipante caterua,  
Posset inoffense unde oculis lustrare theatrum.  
Pyramis in circo medio strue creuit acerna,  
Centenos porrecta pedes, atq; ebria fuco  
Palladioq; aliisq; quib. furiosa iuuetur  
Ignea uis. malusq; pyræ supereminet ipsi  
Vertice inaurato, supraque corona, talento  
Cum magno argenti, pretium uictoris, inuncto  
Qui malo erepens apicem superarer, et ignem  
Falleret, ut primum flammæ urgere ministri  
Inciperent. scandere duo fastigia summæ  
Nudi membra pyræ, malūq; præobcupar alter,  
Implicuitq; pedes, et duro brachia nexu.  
Non tulit ereptum palmæ decus alter, et ipsos  
Repentis calces rabie furibundus anhele  
Adprendit, gaudetq; uiri præuerrere nisus.  
Olli felle nigro circum præcordia sanguis  
Incaluit, neruiq; adquirunt robur ab ira.  
Dumq; ita diuersis studiis enititur, hostem  
Narib. impresso proturbat calce. rotatus  
Ille uomit retrum fusus per membra cruorem,  
Atq; animo terram mandit stomachate. iacentē  
Riserunt turbæ, tamen et risere superbum  
Victorem. insignis pretio lauruq; redibat,  
Quum dudum strue lignorum cuntatus in ima  
Mulciber emicuit, rupitq; in sidera nubem

Ignea py/  
ramis.

Agnus Tro  
ianus

Lotharius  
Gongaris

Michael Ve  
latus

Bis dem

B ii

Flammarum, ad lambit redeuntis cōcita corpus  
Illa uiri, populatque comas, et laurea ferta.  
Transierat nubes, et barba ambusta reluxit  
Tunc etiam misero, quod ni properasset, et alte  
Ad clamans fociis media inter brachia uulgi  
Defiliisset, io flamma quam pœne uorante  
Correptus, subito fœdarat funere ludos.  
Vix submotus erat, et, iam Volcanius astra  
Fertur apex super, et totas resolutus in iras  
Congeriem late depascitur. undiq; clamor  
Turbarum exoritur lætus, palletq; ruendo  
Exanimus uulgi, uerum iuuat usque tueri.

Agmē Tro  
ianum.

AT Parte ex alia circi, de more uerusto  
Gentis Iulæ, Troianum texitur agmen.  
Aeneadis olim, fuerat monstrator Iulus,  
Aeneadæ Hispanis, tunc, quum prouincia facta  
Vltima Romanas arteis, linguamq; colonosq;  
Hesperia ad cæpit, nunc et genus illud Iberi  
Ludorum celebrant, paulo diuersius ante.

Lodouicus  
Gonzaga.

Stāt in equis iuuenes statiōe heinc, inde, minaci,  
Pulchri auro iuuenes, Itali heic, Belgæq; simulq;  
Germani, magnorū omneis Lodouicus agebat  
Gonzaga heroum suboles, pubisque latinæ  
Haud mediocre decus. cōtra, stant ordine turma

Michael Ve  
lascus.

Inde sua Hispani, queis clara e stirpe Michael  
Dux Velascus erat, ductorem quemq; sequuntur

Bis deni



Bis deni electi iuuenes. his cærule, et auro  
Intertexta chlamys, humeroque innisa sinistro  
Dependet, fuluo tunica est argentea limbo,  
Sparsa etiam uiridi, contortaq; rænia crineis  
Circumagitur nodis iterumq; iterūq; reductis.  
Celsum apicem cristæ decorant, pænæq; uolucrū  
Quas alit umbrosis lucis plaga ninguida, mēsū  
Quæ sex perpetuam noctem uider indiga solis.  
Candida palla illis breuior, quã fimbria circum  
Pollicis artificis croceo percurrit acantho  
Suaue internigrans. infectæ murice fulgent  
Sidonio chlamydes, crines nodantur in aurum.  
ERgo aderant heinc inde pares, cūctisq; tegebat  
Taurea cetra latus, dextras armaret arundo  
Cæruleas attonsa comas, si ageretur Ibera  
In terra ludus, nam cannas ferre negatur  
Belgica pigra gelu, quarum subiere columna  
Et populna loco uirgulta, calentib. apte  
Explorata focus, et delibrata, colorem  
Vt uarium adciperent opera, concurrere tandē  
Signa dedit rubicen, lato clamore frementum,  
Et liuum pulsu, quatitur generosus equorum  
Ardor. Iberorum ductor certamina poscit,  
Vectus equo de gente Tagi, quos prisca ferebat  
Fama satos Zephyris, et apertū pdit in æquor.  
Missileque ab læuo cornu, uibrante lacerro



Torfit in aduersos, dextrūq; equitauit in orbē.  
 Quem procul intuitus, obliquo circite contra  
 Dux Italus, rapidum impellens calcarib. agro  
 Cornipedem Argæo qui creuerat, excipit. inde  
 Turmæ utrinq; ruūt, miscētq; ex ordine cursus,  
 Et belli simulacra cient, faciliq; lupato  
 Nunc alios rexunt gyros, aliosq; retexunt.  
 Tela uolāt crebro iactu, quorum undiq; nimbo  
 Sternitur omne solum, donec discedere pugna  
 Præco iubet, tenuere minas, iterumque recepti  
 Ad metas, et adhuc iris gliscentibus, hastas  
 Enodeis rapuere manu, laudisque calore,  
 Quadrupedum impulsu aduersis de partib. in se  
 Concurrunt bini, uerum conlidere uterque  
 Quum poterat, ferroq; hostilem haurire cruorē,  
 In terram fixis frangunt mucronib. hastas.  
 Atq; ut quisq; suam in parteis efringere plureis  
 Eualuit, pressumq; uola seruare tenaci  
 Contum, ita maiorem laudem nanciscitur, ille  
 Inlaudatus abit, sua quem uel dextra fefellit,  
 Vel minor ars pinu in læsa percurrere fecit.  
 FINI erant, et se lituis urgentibus infert  
 Ordo uirū, horribleis uisu quos fecerat omnes  
 Armatura grauis, dicunt *παυροτάτων* Argi.  
 Pugio cuiq; suus dextrum femur atterit, arque  
 Pensilis ab læua gladius, rituque cateiæ

Teutonico

Cogressus  
pedestris.



Teutonico, adclinisq; humeros fulgore tremēti  
Hasta premit, pars hirsutū glomeratur in orbē  
Atque obfessa, uelut tenuis discrimine ualli,  
Hostem arcet, uerum circumcingente corona,  
Pars instare minax, cinctumq; adorier agmen.  
Et primum longis se conliferē sarissis  
Impete tam sæuo, tantaque libidine pugnae,  
Alter ut alterius toro quum robore pectus  
Icerit, eduram, uisu mirabile, cornum  
Flexilis in morem Parthi sinauerit arcus,  
Nec cedente uiro impacti mucronis ad ictum,  
Cesserit illa tamen, thorace effracta rebeli,  
Ensis inde agitur, nodosa et pondere clauæ.  
Cernere erat chalybem inlissum tinnire, iubatas  
Et supra galeas scintillas ire uolanteis.  
Interea igne uago tonitrus & fulgura nauæ  
Crebra cient mira, arte fuit compacta papyro  
Prærenui castrī effigies, sublataque celsa  
In trabe, quam innumeri circū sepsere cylindri  
Longi ulnam, puluis quos tormentarius intra  
Cluditur, adpliciti qui postquam semina sensit  
Volcani, furit intus, et eiaculata cylindros  
Turbine sæpe rotans, differtur flamma, papyros  
Et circum tenuis innoxia murmure ludit,  
Laudati abscessere dein. Cæsarque petiuit  
Interiora domus, fuerat restudinis amplæ

Castrū pa-  
pyraceum.



In medio spatium, triplici quod pariete, quondā  
Quum fierent ædes, dominus distinxerat. illud  
Obiicib. ruptis iterum misceretur inane.

Pyræ ex cin-  
namo.

Stant heinc inde pyræ, quæ quâuis igne corusco  
Ardebant, maiore sibi penetrantia flamma  
Siquis avarus erat, tacite sentiret aduri.  
Ardebant nō ligna quidē, sed cinnama, et omne  
Qd̄ perit extremis p̄ summa pericula ab Indis  
Audax Neptuno irato, trabe marmora ponti  
Auiâ persulcare breui, et cōmittere uiram  
Institor in sanis cæli, pelagique procellis.

Pli. lib. 36.  
ca. 24.

Ipsa pauimenti facies, uariata colores,  
Ridebat, circumque sigilla albaria mire  
Cæsaris effigiem tenui reddentia gypso.  
Deque lacunari pendebant ordine ceris  
Tecta laboratis funalia mille, domumque  
Vndique uestibant pulchris aulæa figuris.

Aulæa re-  
gis Lusita-  
ni.

At duo Cæsaream mensam ornauere, priores  
Qualia non unquam pinxere aulæa Britanni,  
Aut horum inuentum nostro qui tēpore Belgæ  
Ingenio maiore colunt. Astreis in uno

Iustitiæ pi-  
ctura.

Virgo erat, effigiem quuius, uultumq; seuerum,  
Fulmineosq; oculos, ullo nec tempore ab æqua  
Auersos trutina, quam certo læua regebat  
Pollice, tum dextram gladio fulgente minacē,  
Omnia, ficta licet, forsan tremuere nocentes.

Inde



Inde Fides, nec uicta metu Constantia, Verum,  
Nudaq; Simplicitas, Pudor, et Reuerentia diuū, Iustitiæ co  
mites.  
Quæque mala castas non ambitione, odious,  
Adfectue manus, corrupto perfida iure,  
Polluit Integritas, circumstant ordine diuam.  
At, Iouis Alcides suboles præclara, labores Herculis pi  
crua.  
Quot iam inde a puero subiit, spectate nouerca  
Obliquis oculis, donec tandem æquior, Hebes  
Connubio dea priuignum dignata, grauate  
Non tulit in calum recipi, generumque uocari,  
Ne, si pergat adhuc odiis, et numine læuo,  
Cogatur tories uictorem inuita probare,  
Alterius pictura fuit, quæ plurib. annis  
Rex auguste tuo iussu, curaque tuorum,  
Artificumque operas, multoque aulaa labore  
Exhausere manus. oculos ut scilicet esset  
Ante tuos semper specimen prænobile, ueros  
Quod reges facit a trucibus distare tyrannis,  
Et decet ante ipsum sceptrum, diademaq; regni.  
Ergo ubi præfixis oculis in imagine ueri  
Hæsisset paulum, laudassetq; omnia Cæsar,  
Adcubuit mensæ. postquem Germana, deinde  
Legatus, iuxta Dacæ uirgunculæ utrinq;  
Regia progenies. mediusque sororibus ore Filia regis  
Dacia.  
Fratr Apollineo. tum de primorib. aulaa  
Selecti pauci. procul altera mensa puellas

C

Reginæ comites suscipit, in ordine quamq̃.

AT Lusitana lecti de pube ministri

Quinquaginta, omnes generoso sanguine creti,

Damianus Circum aderāt, quorū primi Damianus, et alter

Goes.

Speratus

Martianus

Ferraria.

Pierius iuuenis Speratus, quo mihi nemo

Carior in toto uiuit nunc orbe. poesi

Hic maior, fidib. melior tamen ille, canendo

Nec uocum inter se discrimina dulcius illo

Quisquā alius miscet, reliquos siluisse decebit.

Sexaginta amnes coeunt, et nomine notus

Quisq̃ satis, qua se fundit Germania ad Arcton,

Sed simul ac unum cuncti rediguntur in alueū,

Danubius. Danubiumq̃ Histrūq̃ uocant. solusq̃ capaci

Flumine, Pontiacas famosior amnis in undas

Nomen adhuc retinens, exit. Sic fama duorum

Norior, et Phœbi fertis insignior ordo

Inuoluit reliquos, præsigneis quamlibet extra.

Formam omnes cultu iuere. decentia colla

Callaico impediunt auro. iuuenilia pulchris

Bombyx. Mēbra regūt tunicis, quas, dū tua funera bōbyx

Præcipis, ut celebri moriens condare sepulcro,

Nes, miser a miser, et pro stamine, uiscera læuo

Euomis ingenio, tibi qui consciscere fata

Sic potes, ut quorum nullo tu proficis usu

Vellera flaua neas, aliisq̃ utenda relinquas.

Sed moriare tamen, luxus qui primus in orbem

Materiam



Materiam induxri, postquam satis esse regendis  
 Corporib. desiuit ouis, lanugoque Serum  
 Pectita ab arboribus, cœpit uilescere uulgo.  
 Dant manib. lymphas, at, nō de flumie quoquā,  
 Fonte ue, sed lucos, quos de uiolaque, rosaque,  
 Floreque de citrio, quæ ferrea concha recæpit,  
 Plumbeus igne calix non acri expresserat, uncū  
 Sensim per rostrum pingui exsudante uapore. Descriptio  
sublimato/  
rii, Plin. li.  
ii.  
33.c.8.  
 Ast ubi uirgatis Cererem admouere canistris,  
 Ponitur extemplo quidquid mirabile gignit  
 Terra, aptum mēsis. nec enim miscemus in unis  
 Quod mare, quod tellus epulis pducit, ut olim,  
 Perditiore gula quamquam superauimus illa  
 Tempora, queis satyrā meruerūt fercula septē,  
 Ceu nimium. cicures ueniunt de corte uolucres. Fercula.  
 Atq; pedes, rostrūq; rubens; quæ Dædale gnato Perdicis fa  
bula.  
 Mærentem amisso te risit ab arbore perdix,  
 Inuidiam recolens animo, meritumq; magistri.  
 Rara quidem mensis, a deo nec suera palato  
 Hæc auis Aufonio quōdam, modo gratior ulla  
 Vix decorat regum patinas, mensamue, tamen si  
 Stulta peregrinis pretium gula fecerit. illic  
 Porcellus lactens, qui nondum frendere posset, Porcellus  
lactens.  
Iunices.  
 Lacteq; iunices depulsæ, atque ore ualentes  
 Nondum herbā tondere rudi. quiq; ubera fellat  
 Matris adhuc hædus, porcæ neq; sumina desunt Hædus.

Primiparæ, subole enecta, pinguis ue ferina.  
 Lumbi ceruini. Ceruus adest lumbos muria conditus, aprique  
 Caput apri. Horrentis caput, annosum quod fulmen utrinque  
 Armatur. et aeris prærupto uertice rupis  
 Saltibus. innocuis scopulos peruadere sueta  
 Dorcas. Dorcas. et effosso latitare cuniculus antro  
 Cuniculus. Qui solet, auritusque lepus, frustra que paratus  
 Lepus. Semper inire fugam, somnos nec ducere fetus  
 Luminibus. clausis unquam. piperatus aceto  
 Anas. Ponitur urinator anas. atque horrea pastus  
 Anser. Anser cæca diu, nihilo maiorque trimestri.  
 Attagen. At pingueis turdos comitatur Ionicus ales.  
 Quæque cubile locat rigui sub sæpibus horti  
 Gallinago. Gallinago uenit, non ultima gloria mensæ.  
 Quique solet, ramos inter sine fronde, querelas  
 Turtur. Compare prærepto, uita iam calibe, turtur  
 Torquati Aeria gemere ex ulmo. collumque palumbes  
 palumbes. Torque nigro insignes, riparumque ardea cultrix.  
 Ardea. Et similis uiuo pauo Iunonius, Argi  
 Pauo. Amphitheatrali protendens lumina cauda.  
 Phasis auis. Quæque alias olim gelidiquæ Phasidos undas,  
 Et Scythici Martis lucos, aquilonia regna,  
 Non cognorat auis, tandem sub Iasone puppis  
 Argolis inuitam peregrinum uexit in orbem.  
 Cygnus. Venit inauratis pennis, stagni incola, cygnus,  
 Nunc etiam querulo casum Phaeronis amari  
 Gutture



Gutturē suaue dolens. philomelarumq; refertæ, **Philomela**  
Er linguis auium, queis nomen Achæides urbes **φονικωτέ**  
Puniceis induunt a pinnis, non ita noster **800.**  
Molliter apraret diuersa uocabula sermo,  
Artocreæ portantur, aui quia scilicet illa  
Aurib. esse parum uisa est quæsitâ uoluptas,  
Ni satiare gulam, heu auis infeliciter orta  
Exiguum insectum potius, quam uera uolucris,  
Cogatur, nec ob id, præstet quia forte sapore,  
Sed quia dulce canat. quare unde mereñ honorē,  
Infelix luit ob meritum, ceu crimine, pœnas.  
NVNC mihi dicendum celeberrima dona Lyæi **Vinorum**  
Multigeni, e uariis terrarum tractibus orbis **genera.**  
His inuenta epulis. nullo carchesia Bacchi  
Tempore tam uarii conuiuæ habuere priores.  
Huc ades in detonse puer. sine numine namq;  
Diue tuo, memorare nefas tua sacra Thyoneu.  
PRImus honos passo, quod Lusitania mittit, **Passum Lu**  
Iure datus uino. blanda hoc Apiana ministrat, **stranum.**  
Sole incocta prius, subeat quam præla Bimatrix  
Vuida Nyctelii, leuiter calcata. Sed isti  
Ne nimium, mensam qui perdurare laboras  
Potor ad extremam, nimium ne fide Lyæo.  
Insidiatur enim cerebro. dabit ille ruinam  
Incautis dulcor, nec se sine numine proder,  
Quantus in ambrosio latitâs deus insit Iaccho.

- Vlyssipō-** Heinc tractabilius, cyathisq; frequentib. aptum,  
**nense.** Molle rubens, quo ripa Tagi, quo uitiferum rus  
 Arcis Vlyssieæ, et abundat litus, odore  
 Quod præstat pomis condit quæ rusticus arca  
 Prouidus hiberna, cælaro purpurat auro.  
 Huic, non dererius, quin grato maius odore,
- Salaciense.** Subcedit, tumulis quod prisca Salacia legit  
 Ferrilibus, fundoque cadī seruauit in annum.
- Baticum** Argenti in pateris flauescunt passa Decembreis
- Tarraco-** Batica terdenos. illic quod Tarraco mittit,  
**nense.** Et legitur ripis olea uiridantis Iberi.
- Balearicū.** Confuleque ignoro Balearica condita pridem  
 Τυμάσιαι καλδύται, καὶ γυμνήσιαι, ὡς  
 ἔραβων. γ. γυμνήσιαι νῆσοι. καὶ τὰ σγυμ  
 νασίας δύο, καλδοσι βαλε  
 ρίδας.
- Cæretanū.** Qd Lygus ora merit, qdager Trifolinus, & Aulō  
**Aurelianū.** Palladi lanificæ, Bromioque aprissimus. una
- Lygusticū.** Funditur adflatu quod decoquit Hadria salso,
- Tritolinū.** Rettulit adcæptam cui Liuia grata senectam.
- Tarētīnū.** Nobile Sætinum, rediuiuaque Cæcuba ponūt,
- Pucinum.** Et Scythiæ crysalla nigris polluta falernis.
- Pli. li. i. q. c. 6**
- Sætinum.** Quod Sinuessanæ pressit uindemitor uuæ.
- Cæcubum.** Colleque Gaurano spectantia Massica Baias:
- Falernum.** Er quod Iulææ uicinum nascitur Albæ.
- Sinuessanū**
- Massicum.**
- Albanum.**

Nec



Nec Surrentinum deerat, nec molle Calenum.	Surrētīnū.
Quæq; Maro soli post dixit habenda Falerno	Calenum.
Rherica, quæq; Iouis Stygii terra inclya furto	Rheticum.
In Mamertinis alit agris, quæque bibebat	Mamerti/ num.
Inter uagitus infanti Iupiter ore,	Creticum.
Gnosia, et Amminea quæ fundit uite Timolus.	Amminēū Chium.
Atque deum mensis Aruisia pocula digna.	
Cōdita Clazomenis effundit amphora Graiis,	Clazome/ nium.
Nec dulces absunt latices e uite Lagæo	Lagæum.
Infesti pedibus, superat Baccheius humor	Merymnēū
E Merymnæo, Thasioque, et palmite Co.	Thasium.
Perispicuaq; merum gemma prænobile fulget,	Coum.
Quæ grauido autûno sup hostia Pânonis Histri	Pânonicū.
Carpit, atq; iter populos quos Cymbrica Tethys	
Adluit, et solitos crinem torquere Sycambros,	
Maioris famæ, Rhēni qui collibus amnis	Rhenense.
Vitiferis creuit, patriæ non discolor undæ,	
Nysæa de fronde liquor diffunditur, una	Rhenense mustum.
Dulcia musta, et adhuc non defæcata bibuntur	
Figlinis modicis, quæ non liquor imbuunt alter.	
Mos hic Germanis, illis hic potus habetur	
Delicias inter mensarum, seu sapor ille	
Guttura proriret, seu mos ita sua serit olim.	
IAMq; epulis erat alta quies, et fercula passim	Artocrea
In turbam a mensis referunt intacta ministri,	ex uiuis auī bus.
Artocrea ponuntur adhuc, sibi Cæsare primo	



Oblatam retegente, repens e carcere prodit  
**Pfittacus.** Pfittacus excellens pennis, fandiꝑ peritus,  
 Atꝑ salutauit, stomachantique ore facetus,  
 Conqueritur dudum se clausum in pane latere.  
 Illic exoritur risus, Cæsarque, pauentem  
 Nunc etiam, mulcet dictis, elcamꝑ ministrat.  
 Augusta ille manu rer felicissimus ales  
 Vescitur, et digitos digitis circumligat uncis.  
**Pfittacus uiridis.** Regina, uiridis prodit. Scythicoꝑ Smaragdo  
 Concolor. ille quidē perparuo corpore, sed quo  
 Nullus ab Eois uenit lasciuior Indis.  
 Ut cælum attonitus hausit, circumꝑ, supraque  
 Respectans quid liber agat, lepidò ora cachinno  
 Soluit, et adloquitur reginã, humeroꝑ sinistro  
 Cõstitit, et pulchrã uocat, osculaꝑ probus audet  
 Poscere, nec reticet, didicit quæ plurima, et inter  
 Pensa puellarum, et calathos. regina decoras  
 Erubuit subfusa genas, illumque renidens  
 Ore uerecundo increpuit. uerum omnib. uno  
 Pfittacus ad sensu placuit. nec iudice falsum  
**Columba** Cæfare dixit auis. reliquis, tutela Diones  
**Achantis.** Siue colúba uolat, seu pulchro corpore achãtis,  
**Sturnus.** Aut docilis guttur sturnus uariare canendo  
 Mille modis, uolucresꝑ aliæ. Mensæꝑ priores  
 Huc tractæ usꝑ, modú tenuere. at fine sub ipso,  
**Cupidinis** **Triúphus.** Pompa Cupidinei currum comitata triumph  
 Ingreditur



Ingreditur, super ipse puer pharetratus, et arcu  
Tela Cupido leui spargens medicata, feroci  
Nunc huc, nunc illuc, animo grassatur. in unos  
Cuspide uulnifica Gortynia tela reductis  
Cornibus, et prope sub dextram coeuntib. alam,  
Exturbat neruo. stridorem quuius, olympus,  
Et maria, et terræ pariter, pariterq; tremiscunt  
Tanarei louis, et Siculæ fera regna Dianæ.  
Ast alios icit calamo, plumboque reruso,  
Nec læuam extendit, retro nec dextera cessit,  
Nec nisu conquassati humeri. tum cornua lente  
Abducta, et lente sine murmure prodit arundo.  
Auratasque rotas, Paphiæ genitricis alumnae  
Ante trahunt uolucres, nymphæq; ita pone deorū  
Turba, hominumq; feræq; et numina ponti.  
Quodq; magis miserum, crudelē mater Amorē  
Vincta manus, nitidaq; trahens ceruice catenā,  
Cogitur ipsa sequi. tam dira libido nocendi  
Immiti est puero. quin ne sua crimina cernat,  
Neu quemquā miseretur amanti, lumina uitra  
Perstrinxit renui. stetit ergo, et comminus, alto  
E curru, uitam remouens, similisque pudenti,  
Ludenteis oculos, faciens mala uulnera solo  
Noxius inuitu, reginæ infigit. et olim  
Desuesti iuga nostra licet, nec spes, ait, ultra  
Vlla mihi de te superest regina, placet ne

D

Hos tibi donari uinctos? en uincula demo.  
Et dempsit, breuiter cui sic regina, tibi inquit  
Insidiose puer, tibi habe tua munera. nobis  
Quorsum hæ blanditiæ prærepto cõiuge? plura  
Dicere tentanti, subiit nec tempora, nec tum  
Questib. esse locum. tacuit pudibunda, sed imo  
Pectore uulnus alit. sic, ut quum ligna teredo  
Interius populata, malo uitiauerit ore,  
Ipsa superficies fallaci inlæsa tuenteis  
Decipit ad spectu. sensit sua fata dolentem  
Cæsar, et ut miseram sæuo reuocaret ab æstu,  
Imo age, cara soror, permittre. inlæsaq; magni  
Numina sint, et grata dei quæ munera cunq;  
Excipit orsa puer Cithereius, atq; benigne,  
Infit, agis Cæsar. Sed nec certare deceret  
Te mihi. nam quã uis rerû tibi summa potestas,  
In terris sit, cede deis, experior olim  
Quid possit meus arcus, et hoc penetrabile relû.  
Et simul intendit. simulacraq; coniugis ante  
Obiicit ora, diu absentis. subiro ille calore  
Liqtur, haud aliter, rapido quã blâda ppinquo  
Igne medulla solet. quod si non cogeret usus  
Publicus, et magnis ingentia pectora curis  
Pressa, animi flammis ferre has moderatius, illû  
Natus Acidalia pompæ iunxisset, ut ipsi  
Aetherio regi medius, Martique subiret.

Ergo



Ergo relaxatis uinclis, ait, ite soluti,  
I te, Cupido iubet. non deerit currib. istis  
Turba unq̄. noua sentio adest, uictoria. primus  
Exsilit Helperiae turmae dux ipse Michael  
Persona referente Iouem. nã primus is auctor  
Atq; Cupidinei currus inuentor, honoris  
Id meruit, primumq; locum. ueniaq; petita  
E grege uirgineo lepidam sibi deligit unam,  
Et molli incessu saltatum inrit. inde Gradius,  
Diiq; hominesq; alii. quod ne credamus ineptũ,  
Neue nouum, iam olim fuit histrio Iupiter, atq;  
Antiquum retinet, maiestatemque reponit,  
Adsit ubi quod amet. seruum Cyllenius egit.  
Neuerat Alcides. posuit Mars ipse pudorem,  
Cypride cum mœcha postquã inretirus adulter  
Arre, dolisq; uiri, risum, sine regmine uterq;  
Ludibrio expositi, superis mouere uocatis.  
A D V E nit interea procero corpore, et ore,  
Siluius haud ulli cedens, primoq; iuuentæ  
Signans flore genas. illum bis dena sequuntur  
Corpora lætorum iuuenum. ornatuque faceri  
Pannonio, mitrisque omnes surgentib. alte,  
Reginam, et Dacas recta petiere puellas,  
Et lusere sales. inde illos Pyrrhica magna  
Cum Venere exercet. quos ut puer ales amaro  
Intuitu perspexit, itan' mihi Siluius, inquit,

Alphonfus  
Siluius.

Heic fucum faciet? non te cælabis amictu  
 Pannonio iuuenis confidentissime. nobis  
 Scilicet ornatu hoc sperasti imponere, qui te  
 Quo te cunq; feras, lateas quocunque, uidemus,  
 Ut nusquam effugias? i, nunc, et cretus ad amnē  
 Lusitane Tagum, cultu mentirier aude  
 Externo patriam. dixit, iuuenemq; sagitta  
 Perculit aurata totasq; solutus in iras,  
 Atq; hos, atq; illos, quos dudum soluerat, icit.  
 Et spoliis multo quam uenerat auctior, illo  
 A cœtu, celereis, sed non sine crimine, bigas  
 Flectit, et exhausta quod uictor abire pharetra  
 Cogatur, nec dum satiatus cæde, dolebat.  
 CV Rriculo ad mediū nox iam peruenerat axē,  
 Astraq; Phosphoreum exortum cōnisa, ruebāt,  
 Mensæ se- Mensa secunda nouo instruitur. miroq; paratu.  
 cundæ. Huc oleæ, ut Graii dixere, κολυμβάδες, ipsi  
 Oleæ Co- Germanæ ueniunt Baccho. quas legit amœnis  
 lymbades. Bæticola in ripis. et carduus altilis, hortis  
 Carduus al- De nostris, quæ Pax huc Iulia miserat, olim  
 tilis. Quo non plebæis uesci licuisset, ut unum  
 Pax Iulia. Iam sileam pretio ad patrimonia tora fuisse  
 Expatranda satis, quum nondū secula nossent  
 Portēta hæc uētris, quæ post nostra intulit ætas  
 Perdior luxu. portatur nobile quidquid  
 Belga suo autumnis gnauus legit orbe colonus.

Carera



Cætera prætereò, conuiuia ponere si qua  
 Quotidiana solent, quæ Lusitania mittit Bellaria Lu  
sitana.  
 Vnica terrarum, uel certe principe fama,  
 Quantû aîus meminisse queat, da Phœbe priorû  
 Dicta poetarum nulli, Latio ore canamus.  
 Hic labor, hoc opus è, et Apolline uindice dignû,  
 Prisca, noue. noua, et antique, et sermone referre  
 Romano, atq; nihil peregrinum in carmine fari.  
 MITia saccareo contrusa cydonia succo Cydonia ex  
saccaro.  
 Ponuntur, quæ suaue licet redolentia primum  
 Sponte sua, peregrinus odor iuuat additus. auri  
 Bracteola renui, uarias impressa figuras,  
 Ipsa superficies distinguitur, ambrosioq;  
 Rore mader. melimela dein, quæ nectare clusa, Melimela.  
 Intractas uincente niues candore, fuerunt.  
 Nectare, quale meæ stipat, citri ebria flore, Mel Ebor  
rense,  
 Dædala apes Eboræ per fertilis arua, Sicano  
 Nobilius, Hyblæq; fauis, cui cedat Athenæ  
 Si quod Erictoniæ fama memorabile iactant.  
 Heinc, teneræ ex ipsa iuglandes arbore raptæ,  
 Quas, noua dum pubes, et cortice recta uirenti,  
 Mølle putamen erat, Actæi fucus Hymetri  
 Condierat. tum quod uox Lusitana decenter Farcilia  
Lusitana,  
 Farcibile commemorat, quo tellus gratius ulla  
 Inuenit toto orbe nihil. cognoscere cura  
 Si quib. est, panis digito nec densior orbis



Conficitur primo, quem quum fornace calenti  
Fœmina torruerit, pistillo frangit, et omnem  
Cecropio intritam perfundit melle, piperque,  
Syngiueriq; addet, nec cinnama, nec genus illud  
Linquet aromaticū, quod, ubi sese Aurea uastos  
Cuspidat in fluctus Pœninsula, fronte reducta,  
Arbore felici messor dequusserat Indus.  
Cui forma est eadem, referunt quã Medica mala  
Floris ubi primum amisso pedicillus honore,  
Turgidulam ostentat uiridanti corpore baccã.  
Gratus odor nimium, quali flos Cyanus, ante  
Aestiferos ortus, admotis naribus halat.  
Hæc simul igne super recauo uersantur aeno,  
Dum sit massa tenax. Cereris tum liba subactæ  
Tenuia farciri debebunt, pollice parco,  
Vt nuce Abellina paulo sit farctile maius.  
Heinc labor extremus plano componere in ære,  
Atq; iterum leuiter furnis committere, donec  
Crassior humida uis tereri de corpore cedat.  
Non ego te, dulcis confectam e polline cannæ,  
Et nucleis Thasiæ nucis, atq; adspergine sacra  
Exsuctæ igne rosæ, generosa placentula uersu  
Nō memorem, nec uos prædulces nectare ficus  
Ingenuo, autumnii soles, et frigora passæ,  
Sub Ioue nō æquo, quarum, post, græca refertur  
Nux alias, aliæ densum coguntur in orbem

Gariophi/  
lon Cherfo  
noesi Aureæ

Nux Abel/  
lina,

Martius pa  
nis, ut uo/  
câr, siue Ma  
zapanis,

Ficus refer/  
tæ amygd  
dalis.

Orbis ex  
ficus.

Casei



Casei ad effigiem, ac interlucentibus iisdem	
Turbine circum acto nucleis, A saroticon ipsa	De saroto Plin. li. 36.
Vt facies imitetur opus, quod calculus albens,	cap. 21.
Purpureusq; nigerq; et cærulus, ordine certo	
Disposiri uariant. nec te cariota silebo,	Cariota
Et quæ de Libycis uenisti palmula campis,	Palmula
Ad dñm usq; Tagũ portata, et Vlyssis ad urbem	Vlyssipo
Reginam Oceani, quæ territat Amphitriten,	
Quum libet æratis substernere classib. æquor.	
Saccarea inde modis ueniunt tragemata mille,	Tragemata saccarea
Et quæ iure bono sibi uindictet Insula felix,	Insula Ma-
Insula Materiæ, liquidos ab arundine sucos	teria.
Quæ coquit indigena. qualeis ambita tridente	
Magnamino qua terra patet, candore, sapore,	
Duritie, regio fert nulla. nec Hypafis olim	Hypafis fluuius.
Fœcundo tulit amne rigans, obscurior ante	
Hypafis, at titulo factus modo clarus, et aris	Aræ Alexã dri.
Pellæi iuuenis. palmam sed iure merentur	
E folio confecta rosæ, quod mente sagaci	Saccarata ex rosæ
Ante minutatim sciderat dulciarius, artis	folio.
Gnarus, et effigiem dederat, quam grådine sicca	Pistor dul- ciarius.
Cernimus, a uentis frigentibus intercepta	
Quum cadit, exiguo diffolata per aera magnum	Condituræ citræ.
Corpore. Tum condituræ genus omne citrorũ.	
Quas inter, malum felix, quod Media quõdam	Mala medi- ca ex Sacca
Sola habuit, habuitq; nemus uigilãte dracone	ro.

Parthenium semper seruatum, donec in illud  
Falsiparens ruit Alcides, felicibus ausis.

Cortice purgato pars est, ubi concolor auro  
Paller, et ætatem matura senectæ peregit.

Pars aliter, præolata suo sed iure fuerunt,  
Aeuo quæ primo, postquam defloruit arbor,  
Mensura non uidit renouato Cynthia cornu.

Hæc integra liquor diuinus inebriat, arque  
Ponere amariciem cogit, tardumq; saporem.

Pyra ex Sac- Tum pyra de raso corio, tum persica mala.  
caro.

Machir ex Machirq; crudumq; piper, portatur, inhærens

Saccaro Nûc quoq; cauliculis. Longû est pcurrere cûcta,

Piper ex Mensuramq; liber supra mihi cresceret æquam.

faccaro. NE Tamen interea deessent sua munera plebi,

Munera Quatuor ante fores ingentia dolia, celsis

plebeia. Substernata phalis, mirissima uina coronæ

Dolia uini, Iugis aquæ in moré, quum de siphonibus exit,

Adfundunt circum fusæ. certare uideres

Contentio Inter se uileis animas, et cernere pugno.

turbæ. Sic ubi uasta inter terræ Garamantidos arua

Porandi studio, quo fons non largus inundat

Aestiferos per agros, monstroso corpore turpes

Adcurrere feræ. quo cuique nocentior ira est,

Ius primum sibi quæq; rapit. tû prælia miscent,

Nec nisi diffuso fluuium terigere cruore.

At uictæ abscedunt, et adimplêt questib. auras.

Stat



Stat circum patulis sitibundi rictibus oris  
Vulgus iners, dū turbato mala uulnera uictrix  
Fonte lauit, sed atq; sitim. tunc agmine facto  
Cerratim ruit ad fontem. Sic uulgus inermum  
Concertat. nulli dignatur cedere nullus,  
Nec prius abstitit, quam pugnus inhæserit ori  
Impactus, maculisq; nigris sit liuida mala.  
Dumq; aliis obstant alii, et uix nemo priorem  
Ferre potest, ipsi stulte sua uota morantur.  
Ille flet, hic clamat, quatitur risu ille procaci.  
Pilea hic, urceolum ue, supra caput extulit, atq;  
Opposuit uenæ. inuidit tamen alter, et illi  
Labra admoturo baculo diffregit, et ora,  
Cæsariemq; sinusq; mero perfudit olenti.  
Quemdam ego barbaris de centurionib. illic  
Vidi, qui, filius procera mole, capacem  
Vrnam substulerat, quam quū deponere plenā  
Iam meditaretur, fractam inter brachia saxo  
Insidiis doluit, restisque et flumine rubro  
Obrutus, expauit. uerum derisus, in iram  
Colligitur. puduisset enim tentasse iocosum  
Cerramen frustra, ueluti secedere muris  
Turpiter adgressum si intra sua mœnia clausus  
Marte coegisset, per dedecus. ergo frementi,  
Ceus leo Marmaricus quū uerberat ilia cauda,  
Ore ruit, scanditq; phalas, & gutture multum

E

In satiabiliter fluuium excipiente meracum  
 Hæsit hians, haustum donec iam ferre negarent  
 Viscera plena, et utramq; foras singultib. aspris  
 Per narem reuomit, perq; ora patentia, multo  
 Quin caput edomitus Baccho, prouoluitur, atq;  
 Sæuitiæ nondum oblitus, titubansq;, madensq;  
 Surgit, et ense fero nunc perquirit aera cæsim,  
 Nûc pûctim, modo saxa ferit, mō feruidus ifert  
 Vulnera parietibus. Nō sic Telamonius heros  
 Sæuiit in pecudes, et robora, quum Argiuorum  
 Crederet in primos se ferrum stringere, et hoste  
 De Laertiade cum sanguine sumere pœnas.  
 Diffugere nurus pauidæ, pauidæq; puellæ,  
 Et pueri, cessere retro, iritantq; furentem  
 Cum clamore uiri, tandem conlabitur ille,  
 Ille ferox, cogente deo, traxitq; soporem  
 Fusus humi, et dextra iacuit resupinus inermi.  
 A T Parte ex alia, fuluos utrinq; leberas  
 Aere renidenti, nummisq; ad summa referros,  
 Subgestu exhaurit dextra profusor ab alto,  
 Inclamans turbam, spargitq; per aera, sicut  
 Mos erat antiquis auidæ profundere plebei,  
 Laurigero a curru, uulgi aut ambire fauorem  
 Munera sectores docti per ralia, quando  
 Bissenis quærunt suffragia fascib. alba  
 In toga, ubi circum terebatur Martia Romæ  
 Assiduo

Nûmorum  
 largitio.

Candidato  
 rum mos,  
 Campus  
 Martius,



Affiduo semper populo, resonante Quiritum  
Area concursu. huc omni de parte ruëteis (lus  
Cernere erat, multis, quos Bacchi ad munera so  
Continuit pudor, effracto iam carcere mentis  
Ante uerecundæ, stimulos penerralib. imis  
Egit auarities, cæciq; furore metalli  
Candiduli, modo securi inrupere pudoris.  
Pro scelerata lues, quanto mortalia corda  
Igne uris, quam uæsano rapis omnia amore  
Sacra, p̄fana, mala ad scelera, ad neq̄ssima queq;  
Quemq; potis furiare hominum, furiare deorū.  
Ut modo, quos tetricus sp̄debat uultus ab illis  
Sordib. esse procul, nil inrer inertia plebis  
Pectora dispuduit, modici spe forte lucelli,  
Conspergique luto, mendicorumque fremore  
Sæuo indignanrum pedibus calcarier, atque  
Crudeleis colaphos, et uulsum ferre capillum.  
E T, IAM purpureo coniux Tithonia curru  
Pallebat ueniente die, subcinctaq; palla  
Cærulea nox furua caput mergebat in undis,  
Quum Cæsar repetit pompa qua uenerat aulã.  
Tū magis, atq; magis, uisumq;, oculosq; labãteis  
Ludificante mero, spectacula mira uideri  
Omnibus, atque omnes legatum attollere supra  
Humanum meritis, merito bonaq; omnia fari.  
Præcipue Augustus, qui clamq;, palamq;, tuarū

Nō minimā hāc partē laudū, rex magne, ferebat  
Qui premis imperio raleis, illique uolentes  
Cui parent, et iussa tremunt, uitamq; minoris,  
Remq; fide ducunt. ea tunc et plura loquutum  
De re, deq; tuis, deductum in recta reliquit  
Augustum cœtus, uisumq; impendere noctis  
Qđ superabat adhuc, per gaudia, quisq; comātē  
Corripit igne facem, et lātis clamorib. urbem  
Percurrunt, ollis bona Lusitania in ore  
Terdecies repetita sonat. Subcesserat orbi  
Altera lux, niue decidua subtristior. illam  
Tristitiam uicere iocis, niueisque uicissim  
Certaure pilis, et equiria more uerusto  
Lato agitant campo. Sed ubi iam uespera cælo  
Conuexo adpereret, noctis pellentib. umbras  
Eminus igne pyris, lateque, effrena iuuentus,  
Et, bona non patiens differri gaudia, se se  
Ante ædeis in equis ualido clamore ferebat.  
Personati omnes, mores hominumq; habitūq;  
Mentiti uariorum omnes, hastilibus omnes  
Armati longis, ludosq; agitare parati,  
Secessere globo conlecti. ferreus alte  
Pendulus ante fores erat annulus, orbe minore  
Quā uola adūca manus. hac, q, bonus alite plāta  
Quadrupedantis equi, mucronē concitus hastæ  
Transadigit, pretio tollit uenerabile donum  
Argenti

Equiria.

Concurfus  
ad annulū  
ferreum.



Argenti, atq; auri, aut inlusa murice uestis  
Sidonio, et quam uis uictorib. optima quæque  
Sunt data, non uictis ideo sua munera defunt.  
Interea hexaphoro, gressum impediēte senecta,  
Portatur pater ore graui Laurentius, unus Laurentius  
Capegius.  
Romuleæ meritis flamen dignissimus aulae.  
Quem bonus Augusto, pro religione tuenda  
In contemptrices sacrorum crimine gentes  
Non fando, Clemens legarat ab urbe Quirini. Clemens  
VII.  
Olli palla decens Tyrio splendebat in ostro.  
Puniceo niueos fucatum sanguine crineis  
Conchilis Tyrii diadema premebat, honoris  
Sacri celsus apex, capitisq; insigne uerendum.  
Augebatq; decus demissa in pectora barba  
Mæstiter, antiqui certa argumenta doloris.  
Illum heinc, inde, graues annis comitatur euntē  
Sacrorum reges, et regum quatuor illuc  
Missi oratores, et quot non, nocte priori,  
Cæsareis proceres potuere adcumbere mensis.  
Ne reperam memorata prius, ceu Cæsar adesser,  
Pompa eadem, idem ordo, regali singula gaza,  
Regali luxu, nisi quod super, inrer edendum,  
Inducunt Satyri rhyasos, et carmina Baccho  
Sileni exululant, madidoq; Mymallones ore,  
Euæ Bacche, Euæ, clamant, ritubanteq; terrā  
Ter pede, ter quatiunt thyrsis, et uina reposcūt.

Gillo Vin/  
centiuspoe  
ra Comicus

Cúctorū heinc acta ē magno comœdia plausu,  
Quam Lusitana Gillo auctor, et actor, in aula  
Egerat ante, dicax, atq; inter uera facerus.

Gillo, iocis leuib. doctus perstringere mores.

Qui si non lingua componeret omnia uulgi,  
Et potius Latia, non Græcia docta Menandrum  
Ante suum ferret, nec tam Romana theatra,

Plautinos ue saleis, lepidi uel scripta Terenti

Iactarent. tanto nam Gillo præiret utrisq;

Quanto illi reliquis, inter qui pulpita rore  
Oblita Corycio, digitum meruere fauentem.

Tertia defessis lux absumenda ministris

Extulit alma caput, cuncti reuocatur in ædeis,

Atq; diem impendunt epulis. finemq; sub ipsum

Legatus placido ore decens, et lætus honore

Ingenti celebraffe diem natalis herilis,

Nobilib. fando grates agit, omnibus æquas.

Conlaudat reliquos, et opes, uestemq; uiritim

Largitus, lætos a se dimittit, et ipsa

Imperat ut classi nauæ tormenta reportent,

Ioannes Li  
micus dux  
classis Lusi  
tanæ.

Litore quam dux hiberna statione Britanni

Limicus oceani, turam seruabat ab undis.

Præterea sonitu specularia fracta rependit.

Mentiar ipse, nisi legi sestertia centum

Expensi in tabulis fuluo numerata metallo.

Conclusio.

HAEC, rex magne, ruus sūma cū laude peregit

Nobilis



Nobilis orator, quæ, si mea carmina uiuunt,  
Verba nec aerii dispergunt inrita uenti,  
Fabitur admirata hominum longæua uerustas,  
Seclaque multa prius uoluer leuis orbita mundi,  
Quam nequeât post nos feri meminisse nepotes.

L. And. Resendii Lusitani Epicedion

rapti Daciæ Principi.

Ad Cæsarem.



I D E C E T Augusti corrum  
pi lumina fletu,

Et uacat, urgenteis lacrymas  
prorumpere aperte

Nemo uetet, nemo humanos ti  
bi maxime Cæsar

Exuat adfectus. periit tibi carus alumnus,  
Ille puer, puer ille, eheu puer ille decorus,  
Inuidia ille deum, farorum crimen, et ingens  
Sæua tuum Libitina nefas. nec profuit æras,  
Nec pia religio, nec Cæsar auunculus. ibis  
A, miserande puer sub terras. ibit imago  
Et parua umbra tui per inania. perdimus ipsi  
Ad tumulû lacrymas, et carmina uana, sepulto  
Haud quaquam latura aliquam post fata salutē.  
Atqui hos ante dies, quû nondû lumine cassus

Cæsareus graderere comes, turbæque fauentis  
Ora in te raperes, et uota libentia nullis  
Exaudita deis, longe diuersa poetæ  
Iam meditabamur tibi carmina. iamq; subibat  
Ille dies frustra, quum te, nil tale merentem,  
Extorrem patria, pulsumq; tyrannide, auitis  
E sceptris, post liminio tua Dacia regem  
Cerneret, et reduci ad sensu se dederet uno.  
Ante oculos Hymenæus erat, uersuq; dicaci  
Polcebare nuces. en, ut rupere sorores  
Fila tibi ferricæ. prætexta raptus in ipsa  
Scite puer, formose puer, decedis ad umbras.  
O mala fata, o fata hominum gaudentia semper  
Suppliciis. puer ille iacet, puer ille decorus.  
Nec misero saltem licuit tria uiuere lustra,  
Florigerisq; Larum fertis uenerarier aras,  
Custodes ue deos uotis augere, relicta  
Donatos bulla. en, quo spes, quo uota procaces  
Diripere noti, peregrinis exsul in oris  
Ille puer, puer ille, eheu puer ille decorus  
Obscubuit, uiræq; modum trieteride quarta,  
A, nimis ante diem, rigidis explere coactus  
Fatorum imperiis, ferali clauditur urna.  
Sensit enim Porthmeus infaustæ nauita cymbæ  
Frustrâdû se olim multarû, Acherôris ad undas  
Umbrarum nauulo, puero si scepra redirent,  
Nam neq;



Nam neque tum Dacis de religione priorum  
Demere fas, prouum ue foret, ne rege sub illo,  
Suppliciter meritum plebs non deferret honorē  
Augustis diuorum aris, nec thura negaret.  
Hæc metuens, Stygii Iouis, Ennæaq; Dianæ  
Implorauit opem. læuam ciet ille Megaram  
Et mandata dedit. superas exiret in auras,  
Turbaretq; armis populos ciuilibus, ipsum  
Imperium rerum geminis partita tyrannis  
Fœdere discordi. mora nulla, immiscuit atræ  
Noctis alumna animos, uulgiq; incerta flagello  
Pectora uipereo stimulat, regisq; per urbeis  
Sæuum odium inspirat, folioq; exturbat, et una  
Cum subole exturbat. sed non effecit, ut una  
Cum genitore puer spem regni perderet. illum  
Poscebant uotis, modo pubertatis ad annos  
Coniugio et sceptris uenisset idoneus. ipse  
Consilio Cæsar secum reputabat inani  
Quæ nã esset factura uirû nurus. heu sine caussa  
Iracunda Themis, et Nemesis uix mitior ipsa,  
Vsq; adeo scelus, usq; adeo pia uota putandum  
Præcepisse nefas? uidit sine numine rendi  
Nec nutu dea cæca suo spem mente foueri  
Immodice, et stomachum risit subcensa, suumq;  
In miserum ius omne rapit. comitatur euntem  
Pallida letheis mors grassatura sagictis,

F

Et morbi, atque truci nimium uiolentia uultu,  
Et puero ante oculos sese obiecere timenti.  
Horruit infelix monstra hæc, et lumina guttis  
Grandib, auertit humecta, breuiq; querela,  
Brachiaq; ægra leuans cælo, fata, inquit, iniqua  
Vicistis, spoliatus eo quo sæua iubetis.  
At uos o superi celsum qui habitatis olympum  
Adspicite hæc oculis iam nunc melioribus. olli  
Dicere tantum plura, intercæpit anhelæ  
Vocis iter fugiens de corpore uita relicto.  
Fer confanguinei tumulo pie Cæsar alumni,  
Fer lacrymas. pullæ concedat purpura uestri,  
Subcedantq; tholis aulæa nefasta, querelis  
Dû flendo exsarietur amor, tragicoq; Hymenæu  
Ornatu ad tumulum cane. pro genialib, atlas  
Vre faces. sic, sic thalamos puer ille decorus  
Cõsequitur pactos. sic illum in scepra reponis.  
Ipse, fatemur enim, uitæ sine crimine raptus,  
Diuorum in numero nullo iam sine, quietam,  
Aeternam, stabilem, morbisq; malisq; carentem  
Exigit æratem, misero semorus ab æuo,  
Nec quidquam mortale timens, melioremq; forte  
Viuit, at hoc quoniam sic dii uolulistis, habenda  
Gratia uobis est, ferimus multo æquius ergo.  
Sed tamen o æterna foret si uestra uoluntas  
Ut, nõdum infelix crudeleis missus ad umbras,



Viueret, hæc eadem certe poteratis et olim,  
Munera tanta dare, et nunquam cōmitteret ipse  
Læderet ut uestrum numen. nos indole summa  
Interea poteremur, qua non dulcior inter  
Altera mortaleis erat. heu puer unice, quo nunc,  
Quo miserande iaces? populi qui nuper in ore  
Multus eras, abolent iam sæua obliuia. uixque  
Vnus et alter erit, qui, dempro Cæsare, uoluat  
Mente tuos casus. sic summa atq; ima tenebris  
Mors æquare solet, stygiaque inuoluere Lethe.

Ode de eodem.

**F**ORTUNA inuida, fortuna potens, ui  
tam hominum malis

Actam ludibriis, quæ refugo sæua regis pede,  
Quid tãtũ mala fors, fors mala, tãtũ miserabilis  
Commisit puer in te, rabido quod cita numine  
Ludos heu miserũ sic faceres, sic male perderes?  
At saltem officii debueras esse memor tui,  
Nec cessare totam perpetuo ferre uolubilem,  
Murans tristia lætis, ueluti læta dolentibus.  
Nunc, cōstãs in eodẽ, atq; tenax, ordine nõ tuo,  
Quali illud populis dulce caput, dulce sodalibus

F ii

Mulctasti exitio, duro agitans turbine casuum?  
E regno pepulisti, e patria, sceptrum dedisti ali,  
Versari in mediis passa malis nil meritum male.  
Quin uitam eripiēs, candidulum quo magis exulis  
Torqueres animū, nec sineres elysium ad nemus  
Crudeli sine mærore, sine hac solitudine  
Ire, ipsum genitorem moriens uincla pati puer  
Infelix gemuit, languidula et brachia lacrymis  
Attollens fluidis, exsatiare, inquit, amara fors  
Nosstris suppliciis, quæ memorans, flauit in aera  
Vitam ægram, facies illa decens, palluit albido  
Languore, illa rosas emula Pestis, illa Amara hūtidis  
Flagrantē exsuperās forma deæ progeniē, illud os  
Certans corallo, marcuit, ut purpureus gelu,  
Aut tactus rigida flos amaranthi glacie cadit.



ET si candide Lector maximam adhibui-  
mus diligentiam, nequid inter excudendum  
oculos nostros falleret, fieri non potuit, quin  
alicubi cæcuriremus.

Corrige ergo tria, nec amplius, errata.

A. ii. facie. ii. uersu. xiiii. lege persuasionis, non  
peruasionis.

B. i. facie. ii. uersu. xvi. lege, fumificas, non  
fumicas.

D. iiii. facie prima. in extrema margine, lege, con-  
dituræ citriæ. non cirriæ.

IOANNES BAPTISTA PHAEL

lus Bononiensis Bononiæ

Impressit

Anno Incarnationis Dominicæ

M. D. XXXIII. Menſe

Ianuario.

+





IOHANNES BAPTISTA PHARL

les Bononiensis Bonarum

Imprimis

Anno Incarnationis Domini

M. D. XXXIII. Mensis

Januarii.